

IOANNIS
DIARTIS
ANTECESSORIS

ET COMITIS REGIIQUE
SACRORVM CANONVM IN
Academia Parisiensi Professoris,

OPERA CANONICA
IN TRES PARTES DISTRIBUTA:
Quarum I. continentur

COMMENTARII IN VNIVERSVM
GRATIANI DECRETVM.

- II. Tractatus DE BENEFICIIS Ecclesiasticis.
- III. OPVSCVLA Varia, Quorum Syllabus initio eius Partis occurret.



D. Samaniego



PARISIIS,
Sumptibus SIMONTSPIGET, viâ Iacobeâ,
ad insigne Prudentiæ.

Cum Privilegio Regis, & Approbatione Doctorum.



ILLVSTRISSIMO VIRO D.
P O M P O N I O
D E
B E L L I E V R E,
E Q V I T I,
A C S E N A T V S
P R I N C I P I,

Ioannes Doujatius P. p. F. O.



RINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIMÉ,

Postquam edendorum Ioannis Dartisij Antecessoris Clarissimi Operum postumorum mandata mihi ex ipsius mente prouincia est: haud sanè diu laborandum de Patrono fuit, cuius maximè auspiciis hic eius partus exiret in lucem; vt recepto jam inter eiusmodi lucubrationum auctores vsu, sub magno aliquo nomine velut consecraretur.

Inuitare me ad literarium hocce monumentum honori dicandum tuo, satis superque poterant communes causæ, quas tuus tibi genius proprias fecit; eximia nimirum virtutes, quibus Togatos inter Proceres præcipuâ quadam dignatione florentem jamdiu Te Gallia vniuersa miratur.

Verùm hanc obseruantia erga Te mea testificationem alia à me rationes exegerunt, eò potiores ac iucundiores, quò arctioribus me vinculis adstrictum tenebant: gemini scilicet, hinc in Auctorem ipsum, inde in Te, officij mei: quorum illi aditum ad publicam Professionem; Tibi, ILLVSTRISSIME D O M I N E, certam in Parisiensi Iuris Canonici Schola stationem debere me, semperque debiturum, libentissime profiteor.

Tuus itaque, meo nomine, debitor, hanc, non de alieno dissoluendi, sed agnoscendi publicè debiti occasionem, ideo maximè arripiendam existimaui,

A P P R O B A T I O.

NOS in Academia Parisiensi Antecessores, ac Iuris Canonici Professores Regij, testamur V. Cl. Ioannis Darts, in eadem Academia nuper Antecessoris ac Regij Professoris, nec non Scholæ nostræ senioris & Comitis, Commentarios in vniuersum Gratiani Decretum; itemque Tractatum de Beneficiis Ecclesiasticis, à nobis perlectos; atque in iis operibus ad eò nihil occurrere, quod non Canonicam doctrinam sapiat; vt cuncta, tum singularem Auctoris pietatem, tum reconditam eruditionem spirer, eorumque non permittenda modò, sed optanda editio sit, tanquam ad enucleandas in gratiam iuris sacri studiosorum maximas difficultates non leue momentum allatura. In cuius rei fidem, has litteras subscripsimus; Lutetiæ Parisiorum, die I. Aprilis, Anno Domini M. DC. LVI.

PH. DE BYSINE. DOVIAT. HALLET.

E X T R A I C T D U P R I V I L E G E
du Roy.

PAr grace & Prinilege du Roy, il est permis au Pere Dom Luc Dachery, de l'Ordre de S. Benoist, de la Congregation de S. Maur, de faire imprimer par tel Libraire ou Imprimeur que bon luy semblera, le liure intitule *Ioannis Darts, Antecessoris & Professoris Regij, Comitis, senioris ac Decani Facultatis Iuris Canonici in Academia Parisiensi, in vniuersum Iuris Canonici corpus Commentarij; Tractatus de Beneficiis, & Opuscula varia.* Et deffences sont faites par ces presentes à tous Marchands Libraires & Imprimeurs, & à tous autres de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'imprimer, ou faire imprimer lesdits Liures, sans le consentement dudit Pere Dom Luc Dachery, ou autre qui auroit droit de luy, à peine de deux mille liures d'amende, & confiscation des exemplaires qui se trouueront imprimés par autre que par ledit exposant, ou par son ordre, de tous despens, damages & interests, durant



IOANNIS DARTIS
IN VNIVERSVM
IVRIS CANONICI
CORPVS COMMENTARII.

AD PRIMAM PARTEM DECRETI.

DISTINCTIO I.

Summa.



CRATIANS Quinte Canonibus prioribus summam dicit, quod postea specialius explicat; scilicet las alias esse Diuinum, seu Naturale; aliud Civile: Diuinum, seu Naturale esse duplex; aliud commune omnibus animantibus, quod dicitur proprie Naturale; aliud commune tantum omnibus hominibus; quod dicitur etiam Gentium: Civile quoque esse duplex, aliud Scriptum, quod dicitur Lex aliud non scriptum, quod dicitur Consuetudo. *Omnes leges, aut Canon I. diuine sunt, aut humane;* id est, omnia Iura, aut diuina sunt, aut humana; latè enim ibi accipitur nomen legis: sed voluit dicerè omnia Iura, propter distinctionem nominum, quam ponit postea inter leges diuinas & humanas; vocando leges diuinas fas, & humanas jus. Leges diuinae naturà constant, id est in iure naturali positæ sunt, siue naturali primario, quod commune est omnibus animantibus; siue gentium, quod ratio omnibus hominibus dictat. Humanæ moribus constant, id est, prout quisque populus, vel quæque ciuitas sibi constituit; nam ibi vox *moribus*, tam leges scriptas, quam consuetudines populorum continet, nec distinguitur ve infra Can. 2. hac dist. 1. Moribus ergo, id est instituto, ita vt etiam ad legem scriptam pertinet, quomodo Cicero in Pilonem dixit legem scriptam *mores*; lex aut, *contra omnes leges, nullo scripta more*, & Orat. 1. de lege Agraria. *Est hoc in mora positum, institutoque maiorum*. nec mirum ita loqui Isidorum Can. 1. cum etiam Tullius ipse ita loquutus sit in Partitionibus; eum querit, ius in natura sit, an in more. Dicuntur etiam leges scripte moribus, propter rationem, quam affert Lactantius lib. 1. de Iustitia, cap. 17. *Iura sibi homines, pro utilitate sanxerunt*, scilicet varia pro moribus variis.

Ad Can. omnes leges l.

Dicitur autem Diuina lex constare naturâ, quia, vt rectè Iustinian. de Iure Natur. Genr. & Civ. Institutionib. *naturalia quidem Iura, distinet quaedam providentiâ, constituta fuerunt. vnde lex apud Ciceronem. 2. Philipp. nihil aliud est, nisi recta, ex à numine Deorum tracta ratio; ve, vt habet 1. de Legib. quæ orta est simul cum mente diuina; & insita in natura; lex aut est ratio, profecta à natura, ad recte faciendum impellens; & à delicto auocans; quæ non tum demum incipit esse, cum scripta est; sed tum cum orta est; orta est autem simul cum mente diuina. & Teno apud Lactantium libro 1. de falsa Religione, Deum nuncupat diuinam naturalemque legem.*

Item diuinae leges, seu iura dicuntur **F**as; & humane ius; nã Fas proprie ad ius Naturale pertinet, vt patet ex Cicerone pro Milone, *Clodium nil detulit, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat*. Quare de eo qui adoptatus erat in filium, ab alio qui erat longè ætate minor, cum id non sit secundum naturam, quæ patet est senior filio, dicit factum fuisse filium contra fas, id est contra Naturam; pro Domitia, factum, ait, *ex filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisset*. & sæpius in ius & fas coniunguntur, *fus & iura sunt*, ait Virgilius: Et sicut ius naturale dicitur diuinum, ita fas dicitur ad sacra & Religionem pertinere, ex Seruio loco citato. Et sicut etiam ius naturale dicitur æternum, ita fas æternum & immortale significat, apud eundem Virgilium, lib. 9. *Aeneidos*, vbi loquitur de fragilitate nauium, seu carinarum.

O Genitrix, quæ fata vocant? aut quid peris istis?

Immortali ne manu falle immortalè carinae Fas habeant?

Fas habeant, id est, siue æternæ, nec enim, adit rectè Seruio, possunt æterna esse, quæ ab hominibus facta sunt. Huius rei reddi hæc ratio potest, quia, vt ait Philo Iudæus lib. de